



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Arnoldi Corvini à Belderent J. U. D. Jus Canonicum, Per
Aphorismos Strictim Explicatum**

Corvinus van Beldern, Arnold

Amstelodami, 1663

Incestu.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10591

Clericus. dist. 8. c. lator. 2. qu. 7. & in carcerem vel arctum monasterium detrudi. Panorm. in c. pen. de adult.

Qui sacris virginibus stuprum intulit; si Clericus, deponitur; si Laicus, excommunicatur. *c. si quis Episcopus. 27. qu. 1. de jure puta Canonicus. de Civili, capite plectitur. c. si quis non dicam. 36. qu. 2. l. si quis non dicam. C. de Episc. & Cler.*

Sacerdos qui cum filia spirituali aut poenitentiali fornicatus fuit, ab officio deponi, & duodecim annis poenitentia debet, posteaque monasterium ingredi: femina si laica, bonis suis pauperibus distributis, itidem monasterium ingredi. *c. 9. si quis Sacerdos. 30. qu. 1. c. omnes quos. 30. qu. 1.*

De Incestu.

TIT. XIX.

Incestus, est consanguinearum vel affinium abusus: *c. lex. §. 1. 36. qu. 1. non tamen quarumcunque, sed earum, cum quibus nuptiae sunt interdictæ. Covar. in 4. libr. Decret. in 2. part. cap. 6. §. 8.*

Eius, hoc jure, poena est, quod incestuosus sit infamis, *e. 17. infames. 6. qu. 1. Sacerdotes vel legitimè conjungitos accusare nequeat, c. consanguineorum. 4. caus. 3. qu. 4. fidelium communione, & matrimonio etiam cum alia, ei interdicatur: c. fin. 35. qu. 8. c. quadam cum fratre. 19. c. si quis viduam. c. qui dormierit. c. 1. & cc. seqq. 32. qu. 7. c. 1. de eo qui cogn. conf. ux. licet contractum cum alia non solvatur; cum non sit impedimentum dirimens, sed tantum matrimonium impediens, c. transmissa. 4. de eo qui cogn. conf. ux.*

Liberi ex incestuosis complexibus scienter factis nati, non censentur legitimi, neque parentibus succedunt. *c. un. 35. qu. 7. Nov. 12. cap. 1. Nov. 89. c. fin. ubi alias Iuris Civilis poenas vide.*

Sacerdos incestus accusatus & convictus deponi & beneficiis privari debet. *c. pen. de purg. vulg. Bern. Diaz. in pract. crim. canon. c. 78.*